

rabilis et reverendi domini nostri H. Merseburgensis episcopi, sigillo nostro ac sigillo capituli nostri necnon sigillo civium Lipcensium addito communitam. Acta sunt haec anno domini M°.CC°. nonagesimo sexto tertio decimo Kalendas Augusti.

Nach dem Orig. im Rathsarchiv zu Leipzig mit den Siegeln des Bischofs, des Probsts von St. Thomas, des Capitels daselbst und der Bürger von Leipzig an Fäden von rother und gelber Seide.

### No. 48. 1297. 2. Sept.

*Das Jacobskloster zu Pegau macht das Thomaskloster seiner guten Werke theilhaftig.*

Honorabilibus dominis et in Christo sibi dilectis viris religiosis Alberto praeposito, Johanni priori totique capitulo ecclesiae sancti Thomae apostoli in Lipzk ordinis sancti Augustini episcopi Merseburgensis diocesis Cunradus dei gratia abbas, Heidinricus prior totusque conventus monasterii sancti Jacobi apostoli in Pygauia cum fraternitatis amore orationes in domino salutare. Quoniam ut ait apostolus multi unum corpus sumus in Christo, singuli vero alter alterius membra, valde conveniens est, ut nos invicem subservientes humanitatis officia mutuae fraternitati studeamus impendere et nostrae fragilitatis indigentias mutuo confovere spiritualibus suffragiis, quae quanto largius in caritate distribuuntur, tanto amplius crescendo pululant in immensum. Hinc est quod vestra devotione specialiter affecti vobis et universis canonicis regularibus vestri capituli plenariam fraternitatem et omnium missarum orationum elemosinarum ceterorumque bonorum participationem concedimus in his scriptis; adiicientes ut si quispiam fratrum vestrorum domino vocante de hoc saeculo migraverit, cum cartula de eius obitu conscripta ad nos pervenerit, postquam in capitulo nostro lecta fuerit, per triginta continuos dies in vigiliis et in missis animarum eius memoriam peragemus tamquam unius de ecclesia nostra fratris. In cuius rei firmitatem et memoriam perpetuam praesentem paginam sigillo nostro ac sigillo nostri conventus dignum duximus communiri. Datum Pygauiae anno domini M°.CC°. nonagesimo VII°. concurrente primo epacta sexta quarto Nonas Septembris anno benedictionis nostrae tricesimo.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit den sehr beschädigten Siegeln an Pergamentstreifen.

### No. 49. 1298. 5. Aug.

*B. Heinrich von Merseburg, Probst Albert und das Capitel zu S. Thomas beurkunden, dass der Chorherr Ulrich Bauer eine tägliche Messe in der Capelle Aller Heiligen zum Seelenheil Heinmans von Paris und seiner Ehefrau Gertrudis gestiftet und mit Einkünften versehen hat.*

Nos Albertus dei gratia praepositus et Johannes prior totusque conventus regularium sancti Thomae apostoli in Lipzk et Hermannus plebanus in Gorsne<sup>a)</sup> procurator ibidem in Lipzk recognoscimus publice litteras per praesentes, quod praeha-

a) Grossgörschen, zwischen Pegau u. Lützen.